



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Titvlvs XI. De Testibus cogendis, vel non. Hic Titulus deest in antiquis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

TITVLVS IX.

De Probationibus.

Hic Titulus deest in Nouis.

S Y M M A R I V M.

Literis episcopi sigillatis, et non subscriptis in his, que eius officium tangunt, creditur.

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 1. de fide instrumenti.

1 Sicut literis Episcopi sigillatis, & non subscriptis in his, que ad officium eius pertinent; etiam sine Notarij sub- scriptione creditur; ita Deo, in c. post cessionem, de prob. Ita etiam, & beneficij collatio literis Notarij, & sigillo Episcopi munitis, & testibus, sine scriptura Episcopi probatur, c. 1. & 2. de fide instrum. Rota dec. 38. de prob. in antiq.

TITVLVS X.

De Testibus, & attestationibus.

S Y M M A R I V M.

1 Testis, qui falsum testando nullam ledit, irreligionem committit, non iniustitiam. 2 Credere non tenetur filius matri asserenti ipsum votum emis- sisse.

DECISIO I.

Ex consil. unico, alias 5. de crimine falsi.

1 Testis, qui falsum testando nullam ledit, quamuis contra religionem peccet, ex S. Tho. 2. 2. q. 91. & 97. ar. 4. qui tamen contra iustitiam non peccat, ad restitutionem que iustitie commutative actus est, vt ait S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 1. & q. 70. ar. 4. & N. in M. c. 17. n. 6. & 1. non tenetur; sed satis est, vt peccati commissi peniteat; Sin vero ex falso testi- monio proximus damnum sustinuit tenetur dictum suum antequam sententia feratur reuocare, saltem debilitando suum testimonium falsum ei in toto, vel in parte prodesse poterit, c. Præterea, de testib. cogen. S. Tho. in d. q. 70. ar. 8. Man. c. 25. nu. 40. & aliam satisfactionem pro ratione dā- ni ex falso suo testimonio illati facere.

DECISIO II.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiquis.

2 Credere non tenetur filius matri asserenti ipsum vo- tum in infirmitate emisisse: sicut nec credere matri suæ nuptæ tenetur, quod eum ex alio viro per adulterium genuit.

TITVLVS XI.

De Testibus cogendis, vel non.

Hic Titulus deest in antiquis.

S Y M M A R I V M.

1 Clericus testimonium in causa sanguinis ferendo peccat.

DECISIO I.

Ex consil. 1. in Nouis, deest in antiquis.

1 Clericus testimonium in causa sanguinis ferens, non solum peccat, sed etiam si sequatur, occisio, vel mutila- tio, irregularis efficitur c. Sententiam, ne clericus, vel mona- chi. Vnde nec ad tale testimonium ferendum cotam iudi- ce seculari cogi potest, c. Quanquam 14. q. 1.

TITVLVS XII.

De fide instrumentorum.

S Y M M A R I V M.

1 Antiquitas instrumentorum, quod valeat ad rei proba- tionem.

2 Testi-

potest, vltra quam reperiantur habitantes natio- nis & alie, alij etiam aliarum nationum mixtim habita- re poterunt. Quo privilegio stare, solus Generalis pro con- uentibus, & filijs illius Monasterij; alios Monachos eisdem ordinis in alijs Monasterijs professos, no- lentibus Correctore, & maiore parte conuentus illius Mo- nasterij, saltem licet inter Generalem, & eundem conuen- tum pendente, recipere non potest: Quod si secus fecerit, eisdem Monasterij fratres Generali obedire non tenentur, sed modeste appellare superiorem adire possunt, & debent; per quam appellationem, & iuridicam superioris aduocationem, sententia, & censura Generalis contra eos late suspenduntur.

TITVLVS VII.

De sequestratione possessionum, & fructuum.

S Y M M A R I V M.

Sequestrum est rem, de sequestr. possess. concordia partium non tollitur.

DECISIO I.

Ex consil. 1. in vtriusque.

Sequestrum positum in iure Clem. 4. de sequestr. possess. concordia partium non tollitur, sed eo vsque durat, do- nec iudex litem finitam, & concordiam validam esse decla- ret; ne alias aliquando vna pars dicere possit litem non esse extinctam nec concordiam esse validam: sicut a simili quamuis suspensio facta quoad aliquod certum tempus per aduentum illius tollitur, quia nulla potest esse dubita- tio de illius aduentu; suspensio tamen facta donec satisfaciat, non tollitur donec iudex declaret esse satisfactum: quia possit vna pars id affirmare, & altera negare ex Inn. in c. cum bonæ, de acta. & qual.

TITVLVS VIII.

De Confessione.

S Y M M A R I V M.

Confessio prior quando præualeat posteriori, & quando non.

DECISIO I.

Ex consil. unico in vtriusque.

1 Ict regulariter confessio prior ceteris paribus poste- riori præualeat, cap. per tuas, de probation. Panorm. in conf. 71. par. 1. fallit tamen, quando posterior est per tor- menta extorta, vel iurata iuramento, quod est tortura que dam spirituales ex Pan. in d. c. per tuas. nõ autem prior; Et etiam cum prior est facta metu saltem reuerentiali, vel in loco non libero; posterior autem sine villo metu, & in loco libero. Gloss. in c. præsens 20. q. 3. vnde puella, opera patris ingressa Monasterium, animo quociescunque vellet, exeu- dit, si post aliquot annos persuasa ab Abbatisa Monialis fiat; quod egre ferens pater, qui eam nuptui tradere cupie- bat protestatur de nullitate professionis, eamque ab Epi- scopo examinari faciat, quæ respondit simpliciter se esse Monialem; postea autem e Monasterioeducta, & a Com- missario examinata iureiurando respondit se nunquam pro- posuisse fieri monialem posteriori, non priori confessioni eius standum est, & pro nullitate professionis iudicandum attendo quod prior illa confessio sine iuramento, & in lo- co non libero, & ex timore reuerentiali Abbatisæ præsen- tis facta fuerit, secunda vero cum iuramento, & in loco li- bero: attendo etiam quod confessio mulierum in his, quæ ad matrimonium carnale, vel spirituale pertinent in loco libero, & plenæ libertatis fieri debeat, ea. c. loci, de spons. I. c. idem, sess. 2. de ref. Matrimo. c. 6. & sess. 25. c. 17. de reg. adeo, vt timor reuerentialis efficiat, ne confessio etiam quo ad forum exterius valere censetur. Gl. in d. c. præses, & c. 1. de his, quæ vi. Man. cap. 2. 2. num. 51.